Sit omnibus notum quod Ego Petrus filius Francisci de Ecclesia parrochie de Matremagna franchus et liberatus
a domino altaris Sancti Jacobi siti in ecclesia Sancti Felicis Gerunde cuius fui homo proprius sponte convenio et
facio me hominem proprium et solidum vestri Gaucerandi de Rippiria militis et vestrorum perpetuo cum omni pro
le ex me descendente. Promittens vobis quod ero vobis et vestris fidelis et legalis de corpore et aver tanquam
domino meo naturali et non intrabo causa morandi aliquod Castrum villam vel Civitatem nec aliquid
aliud faciam propter quod vos vel vestri me amittere possitis et alius lucrari. Et hoc facio pro eo quia
dictus pater meus michi fecit donationem de quodam manso sive hospicio et de eius honoribus et possessionibus
quod seu que habebat in parrochia de Matremagna et fuit Raimundi Stephani quondam cum instrumento
hodie facto in posse notarii subscripti. De quo manso sive hospicio vos et vestri habetis et habere
debetis homines proprios et feminas. Jurans sponte per deum et eius sancta .iiii.or evangelia corporaliter
a me tacta predicta attendere et complere et in aliquo non contravenire ratione minoris etatis vel
alia ratione. Renuncians iuri minoris etatis et omni alii iuri quo contra predicta venire posse. Et
ad maiorem firmitatem de predictis habendam facio vobis in presenti homagium oris et manibus
comendatum. Actum est hoc .iiii. idus Septembris Anno domini Millesimo .CCC.o Tricesimo. Signum
.P. filii Francisci de Ecclesia predicti qui hoc firmo et laudo. Testes huius rei sunt Bernardus
de Lampadys de Montiliis et Franciscus Ferrarii Gerunde commorans et Bernardus Sauri de [illegible]

Ego Arnaldus de Manso notarius publicus substitutus auctoritate regia a Bernardo de Toylano publico Gerunde
notario hoc scribi feci et clausi cum raso et emendato in linea .vii. ubi dicitur quodam.

nº 619 10-9-1330

AMV **Nº 80**

p. 37

Institutio de home propri et solidum ferma per Pere fill de Fran.c Iglesias de Madremanya per raho de un mas que ... de Ramon Corcaria ferma en favor de Guill.m Riera o Ribera s.r de dit mas

N, 8, del plec tercer de Madremanya AC f 173 v

T. 200 X 170

647